Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

INCIPIUNT TITULI EVANGELII LUCAE

I Praefatione lucas theofilo euangelium indicat per ordinem descripturum.

II Sacerdotium iusti zachariae refertur. & uisio in templo qua ei filius angelo reuelante promittitur nasciturus. cuius etiam conceptio memoratur.

III Missus angelus ad mariam nasciturum loquitur saluatorem. quo mox concepto salutatur ab elisabeth exultante in utero iohanne. unde post tres menses reuersa est in domum suam.

IIII Nato iohanne uox eloquii muto redditur patri. ilico prophetant. puer in deserto est usque in diem ostensionis suae ad israhel.

V Refertur edictum caesaris. & natiuitas christi pastoribus ab angelo nuntiatur. cum quo caelestis militiae multitudo canit gloria in ex celsis deo.

VI Angelis discendentibus pastores profecti saluatorem in praesepio positum repperierunt. dominum super his quae uidebant conlaudantes.

VII Octaua dies circumcisionis eius & tricesima tertia purgationis cum prophetia praesentis simeonis iusti uel anne prophetissae narratur

VIII Duodennis ipse remansit a suis in templo quaerenti matri dicens. In his quae patris mei sunt oportet me esse.,

VIIII Anno quinto decimo tiberii caesaris iohannis ostia praedicatio dirigitur. qua cunctos ad paenitentiam coortatur. & calciamenta domini se fatetur indignum.

X Herodes carceri dat iohannem. & xxx annorum baptizato domino trinitatis in baptismo mysterium declaratur. generationum lxxvii. a christo sursum uersus usque ad deum ordo contexitur.

XI Quadraginta dierum ieiunium & xxx temptatione diabolus superatus ostenditur.

XII Fama regressi in galileam refertur. & quod esaiae librum accipiens de se impletum dixerit. nec habere propheta honorem in patria sua. relata etiam uidua de serepta uel leprosi neman syri mundatione. quod per medium eorum qui eum de monte praecipitare uolebant transierit indicatur.

XIII Confitentem in sinagoga daemonem pellit ex homine.

XIIII Socrus petri & multorum infirmorum turba sanatur. & confessio demonum prohibetur.

XV Duabus nauiculis captura piscium in uerbo domini repente conpletis. timor pauescentes petri sociosque eius dicitur.

XVI Leproso mundato. multi uirtute domini curantur infirmi.

XVII Paralytico nudato tecto demissum ante eum & a peccatis & a paralysi curat.

XVIII Leui qui & mattheus de theloneo uocatur. murmorantes de publicanorum conuiuio uel de ieiunio adhibita sponsi & uestimenti ac uini noui conparatione redarguit.

XVIIII Quaerentes de euulsione spicarum in sabbatis. relato dauid exemplo conuincit.

XX In sinagoga manum aridam sanat repletis insipientia phariseis.

XXI Pernoctans in oratione. mane xii apostolos nominat. tangentes eum sanantur egroti.

XXII Pauperes esurientes flentes persecutos ne paueant uocat. uae diuitibus ac ridentibus dicens etiam ini